



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

**XXI. Die Ivnii.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

ribus pugnare: innumerabiles se Dei misericordias experiri.

P. BALTHASAR  
TORRES,  
ET  
MICHAEL  
TOSO.

Hispanus.  
ibid. 10.  
Junij. 6:6.  
xstat. 6:  
soc. 47.  
Fides.

**C**VM in arce apud Omurenses carcere teneretur, custodes illos tranquillitatem admirati, petierunt legem: illam audire quæ tanta in suis possit. Fecere id abundè socij: & custodum vnuß baptismō lustratus; reliquis legem tam potentem laudantibus, optantibus, lacrymantibus; sed dicentibus, pro baptismō expectanda ecce tempora molliora.

Omnis hi nouerit, nempe Pacie<sup>Soc. iace-</sup>  
cus cum 4. socijs catechistis Iaponi-<sup>cis.</sup>  
bus, Gaspare Sandamat<sup>m.</sup>, Petro Pinxei,  
Paulo Xinxuque, Ioanne Guijacu: & Pa-  
ter Zola, Torres, Vincenctius, Tozo, Nan-  
gasachum peruecti, terram osculo ve-  
nerati, & palos mortuales amplexi  
sunt. Palis alligati, subiecto igne, lenti  
psalmos, ac sanctissima IESV, & MAR-  
IAE nomina cecinere: atque intra se-  
mihoram in monte Sanctorum cou-  
flagravere. Aiebant ij qui Pacieco,  
Torresio, ac socijs in carcere orizam  
atram ad vescendum suppeditauere,  
magnæ id sibi admirationi fuisse,  
quod oriza, quæ illis comedentibus  
supererat, fuerit candida, & nota  
longè melioris quam cum ad eos  
fuerit illata. Nam atram, deteriorem  
que illatam, relatam verò candidam  
& nobiliorem.

Italorū  
mz. 10  
21. Junij  
1591. ex.  
Soc. ann.

Votatio.  
B.V.

B.V.

## XXI. DIE IVNII.

P. BARTHOLOMÆVS  
BVSTAMANTIUS.

Hispanus  
Triguero. 21.  
Junij 1570.  
Vocatio.

Exemplum.

B.V.

**A**NTE initam Societatem interfa-  
cificandum vehementer insta-  
bat certior fieri de diuina volun-  
tate; & fusis ibidem largè lachrymis  
vehementer impelli se sensit, ac mo-  
neri, vt Guipuzgoam profectus id a-  
geret quod Franciscum nuper Candia  
Ducem agere videret. nequam plane  
cognorat de recenti Francisci vita  
Bartholomeus. Ergo abiit, vidit, se-  
cucus est; & in Societatem cooptatus.  
Per iter, Deiparae ex rosario salutandæ intentus, præceps cum iumento in  
altam voraginiem lapsus, Deiparae in-  
nocatae, ac Borgiae precibus euasit in-  
columis. Tyronum Domum persante

rexit, adeò vt illam Dominum Beatus Novitiam  
Borgia vocaret Gemmam Societatis.  
Diu optauit, quæsiuitque formulam  
Deiparae amorem petendi, & impe-  
trandi. Reperit hanc sancti Bonauen-  
turæ, ac tenerè trebroque usurpauit:  
*Dulcissime Domine IESV, dignare me in-  
sumum omnium peccatorum sacrissima  
Virgini Matri tua reverentiam debitam  
exhibere. Et tu, clementissima Domina  
mea, mihi indignissimo peccatori impera,  
vt perfecte tua sim deditus seruituti, & tibi  
omni tempore obsequar pura mente, ac de-  
voto corde cōtinu<sup>d</sup> tua benignitati affistam.  
Magna eius prudentiæ documenta, &  
vitam reliquam latè prosequitur Al-  
gambe in annum 1570.*

BALOY-

B. ALOYSIUS DARIVS GERLA  
GONZAGA. COADIUT.

*Soc. 5.888  
cap.*  
*Oratio.  
Mors.*  
*Oratio.  
dida.*  
*Nomina.*  
*B.V.*

**I**talus Ro-  
mæ. 10 vel  
21. Junij.  
1591. xxi. 24.  
Soc. anno 6.  
*Potatis.  
B.V.*

**M**adriti die Assumptionis B. V. post communionem, Deiparâ consultrice in deliberatione de vita statu vsus, vocem audiuit: *Societatem Iesu ingredere*: & Ferdinando Marchio- ne Patre tandem sententiâ adducto, cùm esset primogenitus Marchionatû posuit, Societatem Iesu amplexus; in qua nomen Angelici consecutus est, humilitate, virginitate, quam Deipa- râ sequestrâ puer Deo Sacramenti religione sponderat, orandi affi- duitate, admirabilique attentione, quâ mentem citra euagationes vllas Deo affixam habebat. Parvulus cùm per gradus domi ascenderet, Sancta Ca- tharinæ Senensis imitatione, B. Virginem Angelicâ oratione salutabat. In Societate audito super mensam legi MARIAE nomine in lachrymas solue- batur, teneritate cordis per oculos erumpente; ac etiam per linguam cùm de illa vel in Parthenio diceret, vel cum socijs loqueretur. Clarus inno- centiâ semper illibata, clarus appari- tione præter alias illâ quâ B. Magda- lenæ Florentinæ, ac alijs ostensus est gloriosus; clarus magnâ in ægros be- neficien- tia, & miraculis à Paulo V. Pontifice Maximo 1606. *Beatus* est appellatus; & 1618. 31. Martij vt ad aras coleretur concessum est: quam facultatem latius extendit dato 2. Octobris 1621. Gregorius XV. Plura de illo in vita ad annum 1591.

*Italus Ro-  
mæ 21  
Junij 1598.  
xxtat. 53.  
Soc. 12.  
Mors.*

**D**vo in hoc præter laudes alias Italus Ro- mæ 21 Junij 1598. ad audienda cœlestia eximiè fuerit auditus, ac tener, alterum, quod dictum Dominium præcipua semper religione coluerit, non alio quam illo die se de vita migraturum ex vero pre- dixerit.

JOANNES MARINVS  
SCHOLASTICVS.

*Hispanus  
in Patria ad  
Bibillim. 21.  
Junij 1623.  
Mortif.  
Studia.  
Crucif.  
Obed.  
Morbus.*

**C**lilio, disciplinis, modestiâ incre- dibili ac nuncupato singulari de imaculat. B. V. conceptione tuenda, voto, & alio quo se ad querendos sui vexandi occasions obstinixerat, magna operè admirationi fuit ijs, qui cum eo versati sunt. Positis humi genibus, coram Christo, cui Cuci affixo stu- debat, velut sub magistri cathedra, oculisque discipulus, Virginitatem perpetuam, ope immaculatæ Deipa- ræ, imò integrum omni mortali labe conscientiam semper seruavit; voti- que Sacramento se obligavit ad omne etiam veniale deliberatum peccatum sollicitè vitandū. Eo semestri quo eger decubuit, ne manum quidem vñquam citra obedientiæ imperiū commouere est visus; etiam inter accrimos capi- tis, pectoris, vlcerum, & cæteros do- lores, animo adeò semper composito, vt Medici æquabilitatem illam admiri- rati, F. Mansuetum illum appellariint. Mortuum Bibillim transferri non passi ciues apud quos obierat, Sanctum illum certatim dixerunt, ijs quoque qui- bus usus fuerat pro reverentia direptis.

XXII.DIE